

per scalis palatii, ut dictum est, et non poresserit libellum
cuntra dictum dominum potestatem eius vicarios millites et
familiam vel aliquem ipsorum, tunc dicti syndici [et] consci-
liarii posunt ipsum dominum potestatem et familiam licen-
5 tiare abinde in antea, nullo statuto obstante. ¶ Item quod,
si dominus potestas vicarius loco potestatis vicarii milites vel
aliquis de familia predictorum contraherent, seu contraheret
aliquis predictorum, aliquod debitum ¹⁾ vel depositum, seu ali-
quid reciperet ab aliquo vel ab aliquibus tempore sui regiminis
10 et offitii in civitate vel districtu Tergesti, ipsi syndici et cons-
ciliarii debeant et // teneantur conquerentibus vel conquerenti 73 A
et petentibus seu petenti de predictis facere rationem et fieri
facere satisfactionem immediate sine strepitu et figura iudicii
et oblatione libelli, sacramento, sub pena solvendi de suis
15 propriis bonis. ¶ Item predicti syndici tempore sindicatus
predicti dare debeant et deputare eidem domino potestati seu
vicario loco potestatis vel alicui de familia, qui deberent syn-
dicari, de sex avocatoribus comunis duos tantum, quos primo
ipsi potestas vel vicarius voluerint, scilicet unum pro avvocato
20 et reliquum pro procuratore, qui duo advocati vel alter ipso-
rum non fuisset avocatus in causa illius persone que conqu-
reretur de ipso domino potestate vicario vel familia. ¶ Et
si aliqua acta, que essent tam in vicedominaria comunis quam
in cancellaria, forent necessaria tempore dicti sindicatus alicui
25 persone, ac peterentur coram ipsis syndicis produci, tunc tam
vicedomini quam cancellarii, in quorum manibus erunt dicta
acta, constringantur et producere debeant quaternos et acta
predicta in manibus dictorum syndicatorum et eis dare, causa
videndi iura parcium, incontinenti cum fuerint requisiti, sub
30 pena sacramenti pro quolibet vicedomino et cancellario, et
etiam pena solvendi de suis propriis bonis totum id quod
paterentur, pro quolibet ipsorum et vice qualibet contrafacta,
illi tali persone petenti et conquerenti. ¶ Qui dominus pote-
stas vicarius loco potestatis vicarii milites et familia ipsius

¹⁾ *debitum - aliquid* aggiunta marginale.